Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

37

didicerit. & ipse diligenter sequi. & alios doce
re praecipitur. quid aliud quam inspicere & fa
cere secundũ exemplar q; sibi in monte ostensum
est iubetur. Inspicit enim diligenter exemplar
monstratũ. & sdm hoc ad inferiora redire fac.
quando ea quae per sublimitatẽ diuini sermonis
intuit credenda siue agenda intellexit. sedulo corde
scrutatur. horumq: semp exemplar auditoribus
suis. & ex secutione recta operis. & uerbo doctrine
salutaris ostendit, EXPLICIT LIBER PRIMUS
EXPOSITIONIS TABERNACULI.
INCIPIT LIBER SECUNDUS
FELICITER.

f.1. TABERNACULUM QUOD FECIT
dñs moyses in solitudine. sicut & templũ q; fecit
salomon in hierusalẽ. statũ scae uniuersalis
ecclae designat; quae parum iam cum dño
regnat in caelis. parum in praesenti adhuc uita
decedentib; ac succedentib; sibi membris suis pere
grinatur ad dñm. Et quidem in utriusq; construc
tione domus haec principalis solet esse distantia figu
rarũ. qd tabernaculũ praesentis aedificium ecclae
quo cotidie in laboribus exercetur. templũ futurae
requiẽ designat. quae cotidiana animarũ hinc